



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 235. De bonis trad. in villis Diseldashusen, Rucunhusen, Odileveshushen,
Thiadberteshusen et Makkanhusen in pago Suilbergi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 235.

Tradidit suithard pro anima marcuuardi in *dijfeldashusen* tertiam partem de his quae ibi possederat et in pago *Suulbergi* (O) in villa nuncupata *rucunhusen* et in *odileuehusen* et in *makkahusen* et in *thiadberthesbusen* diuidiam partem unde isti sunt testes uuulfer ouo aldger luidman et duo alii.

guber-
nante
Corbe-
iam Adal-
gario.

§. 236.

Tradidit otheri mansum unum in *burian* (P) pro anima fratribus sui uuulfer testes aldrig gerulf amoco riedag helmuuard theodhardus luiduuardus aldger.

§. 237.

Tradidit beiur in *mulibusen* (Q) mansum unum cum familia testes had amelung uuerinhard helmdag godoland.

§. 238.

Tradidit folchard pro anima sua in *brotberthesbus* (R) quidquid ibi possederat testes uuulhard

§. 239.

quædam tenuit, ipse vero in pago Nithega, habuit bona seu fundos. Vnde colligimus, eius vxorem fuisse stirpis Brunonianæ partem. Inter hæc id æque memoraru dignissimum esse cenfemus, familiam Waldeccensem in eadem regione, in qua *Alfricus* et *Tetta* tradidere bona, bona possedisse et adhuc possidere. Ex quo momento conclusimus, *Alfrici* progeniem non multos per annos viguisse, atque, ea extincta, eius bona hereditaria ad Sualenbergenses et porro ad Waldeccenses comites fuisse deuoluta. De hisce in nostra *Corbeiensi historia* pluribus differemus et plura.

(O) De pago *Suulberg*, intra comitatum Dasselienum suto, et de villis in eodem pago De villa obuiis, iam supra §. 167. egimus. *Dijfeldashusen* enim erat *Dassen* villa, pars *Dijfeldas-* *husen*. præfectura Rotenkirchen. *Rucunhusen* est Rengershusen in eadem præfectura. *Odilenehusen* est Oikensen, villa desolata in saltu Sollingano. *Makkahusen* est Mackensen in præfectura Hundsrück, et *Thiadberthesbusen* est Denckihusen, vel Teckenhusen, villa desolata, olim in saltu Sollingano visenda. Damus tamen lectori optionem, an hanc villam euerfam, an *Deirsen*, locum præfecturæ Wickenfen, diligere malit. *Suithardum* itaque ad progenitores comitum, de Northeim et Dassel cognominatorum, retulimus §. 104 not. (L).

(P) *Burian* villa erat, testante nostro Registro B. et P. A. C. in pago *Hessi* posita. De villa Eadem ergo villa subest, quæ supra §. 103. reperitur. Procul dubio intelligi- Burian in tur designari pagus *Hessi* Saxonius, de quo egimus supra §. 33. not. (v) Fol- pago *Hessi*. merius itaque pater fuisse videtur *Otheri* ac *Wulferi*. Hi porro progenitores fuisse videntur dynastiarum, de *Siebelsten* dictorum; de quibus exponam in *Hi- floria Corbeiensi* copiosius.

(Q) *Mulenhusen* villa erat eiusdem pagi *Hessi*, testante nostro Registro. Quinam De villa vero vicus significetur, id in obscurò latet. *Mulhausen*, locus in principatu *Mulin-* Waldeccensi intra præfecturam Arolsen obuius, denotatus esse non potest. *Mu-* hufen. *lenhusen* haud procul ab oppido Münden subesse non videtur, neque *Mulenbu-* sen, locus non procul ab vrbe Cassel conspicuus. Fortassis *Mublen* in regione oppidi Helmershusen ad Dimolam hic in censum venit.

(R) *Hrodberthesbus* ponitur in nostro Registro in pago *Hiligo*. Quem pagum in præ- De villa Hrodber- fecturis Westerhof, Stauffenburg et Hertzberg, ac circa urbem Osterodam si- teshus et tum fuisse, iam supra §. 112. statuimus. Situs ille priscus iam latius compre- pago bandus *Hiligo*.